

SECTIO XXIII.

DE

FORMVLA EPITHEMATIS
LIQVIDI.

§. 705.

Epithema liquidum est medicamentum liquidum, quod parti externae imponendo applicatur. Hoc fit plerumque vehiculi apti interuentu.

Quid sit
epithe-
ma liqui-
dum.

§. 706.

Cum epithema liquidum sit fluidum, quod externe vehiculi beneficio applicatur §. 705. omnia ista ingredientium vice in eo fungi possunt, quae vel per se, vel cum aliis commixta constituunt fluidum medicatum, quod externe vehiculi ope imponendo applicari potest.

Quanam
ingredi-
entium
vice in e-
pithema
te fluido
fungi
possint.

§. 707.

Talia sunt vina, aceta, spiritus vini, olea, aquosa, ut aqua simplex, destillata, spiritus aromatici, tincturae, essentiae, liquores salini, lixiuia, infusa, decocta, emulsiones, mixturae mediae et concentratae.

Recen-
sentur,
quonam
ingredi
possint
epithe-
ma liqui-
dum.

§. 708.

Mollia et solida, quae virtute externo vsu apta gaudent, et in menstruo commodo se solui patiuntur, itidem ingredientium vice in epithemate liquido fungi possunt. Omnia enim ista in eo ingredientium vice fungi possunt, quae vel per se, vel cum aliis in liquidi exteni formam redigi possunt §. 706.

Mollia et
solida in
liquore
solubilia
etiam in-
gredi
possunt
epithe-
ma li-
quidum.

Ff 4

§. 709.

quidum.

§. 709.

Designa-
tura in
formula
epithe-
matis li-
quidi.

Signatura in formula epithematis liquidi indicat primo eius praeparationem, si haec pharmacopoeo non committitur, deinde partes externas fouendas, tum vehiculum, tandem, vtrum epithema frigidum, an calidum sit applicandum, quomodo applicatum sit tenendum, quousque relinquendum, eius vsus continuandus et renouandus.

§. 710.

Speciminis loco inferuiunt

I. Epithema contra capitis dolorem et agrypniam.

Rx. ▽ rosar.

aceti rosar. aa ʒij.

nitr. purif.

⊖ Xci aa ʒj.

ol. lign. Rhod. gutt. XII.

camph. in Vini solut. gr. III.

M. D. S. Liquor, qui frigidus panni lin-
tei ope est applicandus.

II. Epithema neruinum.

Rx. ▽ reg. Hungar. ʒiʒ.

bals. vitae Hoffm. ʒʒ.

M.

Hoc

Hoc creberrime vsus fuit celeberrimus
b. m. HOFFMANNVS ad ventriculum robo-
randum, atque illud externe eius regioni im-
poni iussit.

III. Epithema resoluens, discutiens.

R̄. Vini rectificati ℥viij.
sapon. Venet. ℥ij.
camphor. ℥ij.

M.

Addi huic remedio possunt, balsami Pe-
ruiani drachmae duae, si roborandi sine simul
adhibetur, et, si spasmos mitigare debet, olei
nucistae destillati drachma vna,

Silentio hic praeterire non possum, aquam
reginae Hungariae, si in certa eius quantitate
tantum saponis Veneti, quantum capit, sol-
vitur, insignem acquirere vim resoluentem
ac discutientem, eamque ipse habui perspe-
ctam ac exploratam in tumoribus inveteratis,
qui aliorum consuetorum remediorum virtu-
tem eluserunt, resoluendis, dum hoc reme-
dium loco affecto imponi et infricari ius-
serim.

IV. Epithema contra inflammationem et gangraenam imminuentem.

Ff 5

R̄. ▽

℞. ▽ calc. viv.

folan.

plantag.

acer. vin. dest. aa ʒij.

ceruss.

bol. alb.

lithargyr. aa ʒij.

M. D. S. Liquor, cui calefacto linteam triplicatum immergendum, et quod expressum parti affectae est applicandum.

SECTIO XXVI.

DE

FORMVLA CATAPLASMATIS
COCTI.

§. 711.

Quænam **C**um cataplasma coctum sit epithema molle, pultiforme, coctione paratum § 627, omnia ista ingredientium vice in cataplasmate cocto fungi possunt, quæ cum aliis coqui atque in eius formam redigi possunt.

§. 712.

Ad quænam in **O**mnia, quæ cum aliis coqui et in cataplasmatibus formam redigi possunt, ingredientium vice in cataplasmate cocto fungi possunt §. 711. Qua de re in cataplasmate cocto præscribendo ad duo maxime est respiciendum, primo ad materiam docoquendam, deinde ad liqui-